1020

+

personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Magnificus Ossolinski et Niecziałkowski mutuo inter se Roborant.

1070 Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Magnificus Georgius de Teczyn Ossolinski Capitaneus Pelchouiensis ab Vna et Generosus Christophorus Niecziałkowski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesentique Vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni, quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et inuicem Vna pars alteri ac posteris Vtriusque partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribunt, et obligant praesentibus Intercisam certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum, de actu et data illius hic Praemysliae die hodierna in actu contenta confectam Conscriptam, manibus sui Recognoscentium propriis ab Vtrinque

subscriptam

Subscriptam et sigillis Communitam in omnibus et singulis Interceisae eiusdem Conditionibus punctis, clausulis, articulis, Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Vniversis firmiter tenere complere exequi ac inuiolabiliter obseruare omnibusque et singulis illius Contentis, tam in toto quam in quauis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere, Interceisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roborationiam, et Inscriptionem praesentem Roborationiam ad Interceisam memoratam in toto Vicissim referendo. Idque sub Vadio summae Quinque Millium Florenorum Polonicalium per partem parti, cum successoribus Vtriusque partis ob non complationem contentorum Interceisae memoratae omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad soluendum succubito, ac pro re aliqua principali ex Contentis Interceisae memoratae non completa complanda Citata existens memorata pars Vna praemissa non tenens aut eius posteri Ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis siue eius successorum ad officium Praesens Castrense Capitaneale Praemisliense ex nunc vece sua suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare, Iuri parere, respondere, Vadium praedictum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde consequentes, causae eiusdem Iunios semper peremptorios.

Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Equitorum, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Juris, Praescriptione Terrestri, bello, conuentioneque ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Niedziałkowski Magnifico Ossolinski Roborat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Christophorus Niedziałkowski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Jurisdictionibusque
1010 suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Se ac Suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisque quibusuis pecuniarijs habitis et habendis inscribit et obligat

praesentibus